

*Prov.* 14. 30. *Exempla.* curatur, quia, quod vilis sit animi, celatur. 2. Ab exemplis: Cain occidit fratrem, voluit occultare Deo crimen, desperavit de veniâ. Joseph, à fratribus per invidiam venditus, evasit illorum dominus. Dathan et Abiron in Moysen insurrexerunt, et absorpti sunt à terrâ. Sâul in Davidem insanivit, et periit. Judæi Messiam suum crucifixerunt, in caput suum. 3. In inferno crudeliter eos rodet gloria sanctorum; præsertim ex collatione abjectionis propriæ, atque miserix. Quare *væ illis, qui in via Cain abierunt*; similiter fratres suos prosequentes: *Et errore Balaam, mercede effusi sunt*; malis consiliis eosdem subvertere studentes: *Et in contradictione Core perierunt*; non ferentes sibi alios præferri.

*Infernus.*

*Judæ.* 11.

## PUNCTUM III.

*Caritatis actus.*

Bonum contrariæ virtutis quâ mortificatur invidia. Ea est caritas; in tribus præsertim actibus. 1. Insuperantes motus invidiæ statim opprimit. 2. Gaudet de bono proximi, perindè ac de proprio. 3. Optat alios excellere omnibus bonis, nihil inde sibi decidere putans.

*Dei glor.*

Urgemur ad hanc virtutem, quòd gloriam Dei et commune bonum oportet præferre proprio. Quare si ita Deus disponit, ut alii excellent, excelsi animi est gratum id habere. Proindè non ut Josue feremus ægrè quòd alii prophetet; sed cum Moysè dicemus: *Quis tribuat ut omnis populus prophetet?* Nec invidiâ tangemur, ut discipuli Joannis, quòd Je-

*Nep.* 11. 29.

sus baptizaret, et ad eum fieret concursus; sed respondebimus cum Joanne: *Qui habet sponsam, sponsus est; amicus autem sponsi gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere, me autem minui.* Deinde, si gaudeam de bono proximi, facio illud meum; et demereor Deum, ut me pluribus angeat. Si doleo de illius malo, Deus vicissim me à propriis expedit. Prætereà, sic agendo, referam fructus caritatis; qui sunt *pax, et gaudium in Spiritu sancto*; et imitabor statum beatorum, ubi singuli, suâ conditione contenti, per unionem caritatis communicant in bonis omnium, tanquam de propriis exultando, gratiasque agendo. Itaque *Æmulemur omnes in bono*, contentes ad summam virtutem, non studio vincendi, sed Deo placendi quàm maximè.

*Joan.* 3. 29.

*Rom.* 14. 17.

*Gal.* 4. 18.

## MEDITATIO XXIV.

## De Acediâ.

## PUNCTUM I.

Acediâ est tristitia inordinata et tædium actuum studiosorum et laudabilium. In quo peccatur variè. 1. Peccatum: nimius timor difficultatum quæ virtutem comitantur; unde tædium. 2. Pusillanimitas, unde etiam occultantur talenta, nec exeruntur. 3. Languor in exequendis obligationibus; cum repugnantia, et ex necessitate magis quàm voluntate, et ob fines vi-

*Acediâ peccatur 9 modis.*

les. 4. Inconstantia in bonis actionibus; vel variando ex tædio, vel non perducendo ad exitum. 5. Diffidentia superandi difficultates, usque ad desperationem. 6. Aversio à spiritualibus viris; quòd nobis non sapiant spiritualia, vel quòd ab eis moneri sit odiosum. 7. Otiositas et somnolentia, maximè in spiritualibus. 8. Evagatio per varia ad levandum tædium; vel laxando frænum cogitationibus quibuscunque, vel solvendo linguam, cæterosque sensus in omnia obvia, vel etiam de loco in locum obeundo, ut nullibi, ut nullà in re consistere valeat. 9. Ex totâ hâc hominis habitudine sive dispositione oriuntur innumerabiles culpæ omissionis, et negligentia infinitæ, in omnibus actionibus debitis.

## PUNCTUM II.

Damna. Damna acediae. Est valdè periculosa, et proclivis ad lapsum; arcet consolationes divinas, dat locum tentationibus dæmonis, qui, assumptis secum pluribus nequioribus, occupat domum illam tanquam vacantem. *Multam quippe malitiam docuit otiositas.* Et de tali dicitur: *Per agrum hominis pigri transivi; et ecce totum repleverant urticae, et operuerant superficiem ejus spinæ, et maceria lapidum destructa erat.* Horrida nimirum fit anima et pervia viatoribus, hoc est, dæmonibus. *Qui propter frigus arare noluit, mendedicabit aestate, et non dabitur illi. Qui sectatur otium, replebitur egestate.* 2. Quin justii ipsi ab acedia patiuntur damna. Nam *maledictus homo, qui facit opus Do-*

*Luce. 11. 26.*  
*Ecclesi. 33. 29.*  
*Prov. 24. 30.*  
*Prov. 20. 4; c. 28. 19.*  
*Insti. Jerem. 48. 10.*

mini fraudulenter, sive negligenter; et tepidi revolvuntur à Domino, et onus Christi suave fit ipsis grave. *Pigrum dejicit timor: remittit studium, metu difficultatis.* Et *desideria occidunt pigrum: quia vult et non vult;* sique augitur sine fructu. 3. Sed et in alterâ vitâ, qui talentum domini sui defodit, ejicitur in tenebras exteriores: sicut et Judæi ignavi exclusi sunt à terrâ promissionis, duobus exceptis impigris, qui ad pergendum cæteros hortati fuerant.

*Apoc. 3. 16.*  
*Prov. 18. 8; c. 21. 25.*  
*Matt. 25. 28 et 30.*

## PUNCTUM III.

Fructus ex victoriâ acediae. 1. Fit labor levis et fructuosus, qui alioqui gravis, et inutilis est acedioso. Et talibus dicitur: *Jugum meum suave est, et onus meum leve.* Et hi unâ horâ promerentur, quantum alii toto die portantes *pondus diei et aestus;* quia cum fervore laborant. 2. Singulariter placeat Deo, quòd ei alacriter serviatur. *Hilarem datorem diligit Deus: sicut ipse impertit hilariter hominibus, quæcunque donat; et talium petitiones, et desideria cordis exaudit;* quin prægustare facit lætitiâ, quâ in Cælo sancti obsequuntur Deo. O Deus! *Redde mihi lætitiâ salutaris tui, et Spiritu principali confirma me.* Fac ut, quemadmodum tu *exultasti ut gigas ad currendam viam longè difficillimam, ita et ego. Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.*

*Bona et fructus.*  
*Matt. 11. 30.*  
*Matt. 20. 12.*  
*2 Cor. 9. 7.*  
*Ps. 50. 14.*  
*Ps. 18. 6.*  
*Ps. 118. 32.*

## MEDITATIO XXV.

## Super Decalogi præcepta.

Visio.  
Zach. 5. 2.  
et 3.

HABETUR Zachariæ, cap. 5. *Ego video volumen volans: longitudo ejus viginti cubitorum, et latitudo ejus decem cubitorum. Et dixit ad me; hæc est maledictio, quæ egredietur super faciem omnis terræ; quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, judicabitur, et omnis juratus ex hoc similiter judicabitur. Educam illud (scilicet volumen) dicit Dominus; et veniet ad domum furis, et ad domum jurantis in nomine meo mendaciter; et commorabitur in medio domus ejus, et consumet eam, et ligna ejus, et lapides ejus.* Hactenus visio. Tale quid in meditatione hæc ob oculos ponemus: librum, ex quo peccata mea contra Dei præcepta consignata sunt, simulque supplicia eis debita; quem jam super me advenientem intuebor, ad perdendum me cum omnibus.

Sensus  
præcepto-  
rum.

Præcepta considerari possunt dupliciter: et quæ continent quod est de necessitate salutis; et quæ, quod est perfectionis: vel, secundum id quod ad litteram vetant, aut præcipiunt; et secundum spirituales sensum. Atque hoc etiam in ipsis meditationibus indicatur.

## PUNCTUM I.

## Quomodo circa singula peccetur?

In primo præcipitur *cultus Dei*: quod pertinent virtutes, *fidei, spei, caritatis, et religionis*; contra quas peccatur contrariis actibus. Peccata  
contra de-  
cem præ-  
cepta.

Contra *fidem*, per idololatriam, aut infidelitatem aliam, et per solam dubitationem. Sed et est quoddam genus idololatriæ, pertinaciter suo judicio adherere. *Quasi peccatum enim ariolandi est repugnare, et quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere.* Contra I.  
1 Reg. 15.  
23.  
Phil. 3. 19.  
Col. 3. 5. Et *quorum Deus venter est: Et avaritia est idolorum servitus: Et quidam dicunt se nosse Deum, factis autem negant.* Ti. 1. 16.

Contra *spem* peccatur per diffidentiam obtinendi veniam, aut consequendi gloriam; vel contra per præsumptionem ea assequendi, non adhibitis mediis necessariis.

Contra *caritatem*: cum Deo præponitur creatura, et hujus voluntas divinæ præfertur; vel, cum tepidè amatur, et ad eum, non ex toto corde, mente, et viribus.

Denique contra *religionem*, si debitus cultus negligatur.

In secundo præcepto prohibetur *juramentum*, si absit veritas, aut necessitas, aut reverentia. Quare peccatur, si aliter sentiam quam jurando affirmo, vel si non intendam implere quod promitto, vel si Contra II.  
De jura-  
mento.

non impleam juratum, cum est bonum. Si sit malum, peccatur implendo, sicut et jurando. Deinde, si necessitas absit interponendi divinam testimoniam, quia tunc leviter juratur. Denique, si absque reverentia, quae divino nomini summa debetur. Huc potest referri votum, praesertim juratum, in quod peccatur, differendo executionem, ut negligenter exequendo.

Contra III. De Festis. In tertio praecipitur *sanctificatio festorum*, quae perficitur, audiendo missae sacrum, et vacando ab operibus servilibus, aliaque agendo, quae divini sunt cultus. Peccatur autem contra agendo.

Contra IV. De honore parent. In quarto praecipitur *honor parentum*; qui non consistit in externam solum reverentiam, sed magis in obedientiam praestandam jussis illorum, et in subveniendi etiam necessitatibus corporalibus. Nec parentibus solum carnalibus observantia, obedientiaque debetur, sed aliis etiam superioribus, tam spiritualibus, quam civilibus. Quin omnes, ut suadet Apostolus Phil. 2. 3. totus, honorare se mutuo debent: *Superiores sibi invicem arbitantes*. Et tandem D. Petri consilio parentum est: *Subjuncti estote omni humanae creaturae propter Deum*.

Contra V. De homicidio. In quinto prohibetur *homicidium*. Quod spectat quae de ira dicta sunt Meditatione 22. Sed et spirituale committitur homicidium sui ipsius, cum peccando vita gratiae perditur: et Paulus monet: *Spiritum nolite extinguere*; id quod fit divinas inspirationes veluti suffocando. Christus etiam ipse crucifigi-

ur, quando *qui semel illuminati sunt, et gustaverunt donum caeleste, prolabantur, rursus crucifigentes sibi-metipsis Filium Dei, et ostentui habentes*: quia faciunt id, propter quod oporteret Christum secundo mori, nisi prima mors pro infinita sua virtute, ad omnia suffecisset. Praeterea occiditur spiritualiter proximus, quando ei scandalum praebetur, et occasio peccandi; et cum spiritualia ipsi auxilia non praebentur: sicut occidit pauperem, qui egenti non succurrit.

In sexto: *Non mœchaberis*, prohibetur adulterium et omnis luxuria: de quo Meditat. 20. dictum est.

Porrò spirituale adulterium committitur, quando adhæretur creaturae, posthabito Deo, vero animarum Sponso. Genus etiam adulterii est, quo opera bona, verbaque divina adulterantur, quando non diriguntur in finem debitum. Oblivio etiam Dei per nimiam ad creaturae effusionem cordis, similis est adulterio, et quaedam rejectio sponsi.

In septimo *furtum vetatur*; de quo in Avaritia, Medit. 21. Furtum autem spirituale est, cum gloriam soli Deo debitam, ex bonis omnibus mihi vindico; vel cum tempus Dei obsequio debitum suffuror, ut inaniter consumam; vel cum pro injuria, Deo peccatis meis illata, non satisfacio; vel cum pro acceptis beneficiis non reddo gratiam; vel cum voluntatem meam jam Deo dicatam subtraham, faciens pro libitu meo; vel cum usurpo mihi iudicium de intentione, factisque proximi, quae ad divinum spectant tribunal; vel si cum principe latronum dia-

6. Occisio spiritual.

Contra VI. De fornicatione. Adulterium spirituale.

Contra VII. De furto spirituale.

bolo prædas agam de animabus, caritatem aliasque virtutum opes diripiendo, vastando.

Contra VIII. De falso testimonio. In octavo prohibetur *falsum testimonium*; quò spectant peccata linguæ, quibus honor aut fama proximi læditur: de quibus Meditat. 22. Item iudicium temerarium hùc refertur, et fictio, ad decipiendum proximum, per mendacium, hypocrisim, adulationem, et simulata officia.

Est etiam quoddam falsum testimonium in ipsum Deum, cùm de illius bonitate, justitiâ, aut providentiâ non sentio, prout debeo; vel ita vivo, ut sim causa cur nomen ejus blasphemetur, aut lex ejus minori sit in pretio. Denique Deo mentior, cùm non impleo vota, vel etiam proposita bona leviter depono.

IX. et X. Nonum et decimum præceptum in sexto et septimo continentur. Ista perpendens dolore et pudore afficiar, quòd, vel in uno peccans, *factus sum omnium reus*. Et est quodvis peccatum mortale quædam infidelitas, homicidium, adulterium, furtum, etc., ut expositum est. Quare in meipsum, ut talem, sancto zelo invehar, exprobrans mihi ipsi quòd talis fuerim. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam.*

### PUNCTUM II.

Deut. 27. Pœnæ in transgressores præceptorum. Moyses multas et horribiles maledictiones in Dei nomine denunciat. Suprema illa erit gravissima, quam infliget Maledictiones. *Christus: Ite, maledicti, in ignem æternum.* At scio, Matt. 25. Domine,

Domine, quòd mineris ut parcas. Memento quòd pro nobis factus sis ipse *maledictum*, ut nos à maledicto liberares.

Deinde decem plagæ Ægyptiis inflicte cum submersione in mare, repræsentant multiplicia flagella peccatorum, cum supremâ tandem in tartara detrusione. Tales etiam illæ septem plagæ, per angelos immittendæ ante diem iudicii, quæ mortales reddent præ stupore attonitos. Præterea solent peculiaria peccata propriis vindicari pœnis: *Vir multum jurans implebitur iniquitate, et non decedet à domo illius plaga.* Et, *oculus qui subsannat patrem, aut matrem, effodiant illum corvi de torrentibus, et comedant illum filii aquilæ.*

### PUNCTUM III.

Præmia observatæ legis. Moyses vicissim in observatores legis multas confert benedictiones: temporales quidem pro conditione illius Testamenti; sed in quibus spirituales tantò ampliores indicentur, pro filiis Novi Testamenti. Sed nec temporales istis negantur, quando Dominus filiis suis promisit: *Et hæc omnia adjicientur vobis: nam qui aperit manum suam, et implet omne animal benedictione, quantò magis filios!*

Porò spirituales benedictiones comprehenduntur illo triplici genere bonorum, *honesto, utili, delectabili*. De honesto est illud: *Lex Domini immaculata, convertens animas, testimonium Domini fidele,*

DUPONT. Compend. I.

G

Prov. 3. 2. *sapientiam præstans parvulis. De utili : Longitudinem dierum , et annos vite , et pacem apponent tibi , si præcepta mea cor tuum custodiat. De delectabili : Justitiæ Domini rectæ , lætificantes corda. De utroque , nempe utilitate et suavitate ? Judicia Domini... desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum , et dulciora super mel et favum.*

Affectus doloris.

Colligi possunt tres affectus. 1. Dolor ob tantum bonum legis à me neglectum , cum transgressio contra extiterit mihi triplici modo onerosa. Nam dehonestat hominem , multa affert secum damna , et aculeo suo mordet conscientiam. 2. Fiducia consequendi omnes illas benedictiones , quam ingenerat fidelis custodia mandatorum ; juxta illud : *Homo sensatus credit legi , et lex illi fidelis. Credit legi , promissa observatori bona redditum iri confidens : neque fallit illum lex , sed præstat abundè. Igitur , ne dixeris cum impio : Vanus est qui servit Deo ; et quod emolumentum , quia custodivimus præcepta ejus ?* Quin convertere ad Dominum , et videbis , *quid sit inter justum et impium , et inter servientem Deo , et non servientem ei.* 3. Studium legis : *Circumda eam gutturi tuo , et describe in tabulis cordis tui. Tabulæ istæ sunt tres : memoria , à quâ nunquam excidat ; intellectus , qui assiduè de illâ meditetur ; voluntas , quæ ardeat illius desiderio. Quomodo dilexi legem tuam , Domine ! totâ die meditatio mea est.*

Fiduciæ.

Ecclesi. 32. 3.

*Homo sensatus credit legi , et lex illi fidelis. Credit legi , promissa observatori bona redditum iri confidens : neque fallit illum lex , sed præstat abundè. Igitur , ne dixeris cum impio : Vanus est qui servit Deo ; et quod emolumentum , quia custodivimus præcepta ejus ?* Quin convertere ad Dominum , et videbis , *quid sit inter justum et impium , et inter servientem Deo , et non servientem ei.* 3. Studium legis : *Circumda eam gutturi tuo , et describe in tabulis cordis tui. Tabulæ istæ sunt tres : memoria , à quâ nunquam excidat ; intellectus , qui assiduè de illâ meditetur ; voluntas , quæ ardeat illius desiderio. Quomodo dilexi legem tuam , Domine ! totâ die meditatio mea est.*

Malach. 3. 14.

Ibid. 18.

Amor legis.

Prov. 3. 3.

Psal. 118. 97.

*Homo sensatus credit legi , et lex illi fidelis. Credit legi , promissa observatori bona redditum iri confidens : neque fallit illum lex , sed præstat abundè. Igitur , ne dixeris cum impio : Vanus est qui servit Deo ; et quod emolumentum , quia custodivimus præcepta ejus ?* Quin convertere ad Dominum , et videbis , *quid sit inter justum et impium , et inter servientem Deo , et non servientem ei.* 3. Studium legis : *Circumda eam gutturi tuo , et describe in tabulis cordis tui. Tabulæ istæ sunt tres : memoria , à quâ nunquam excidat ; intellectus , qui assiduè de illâ meditetur ; voluntas , quæ ardeat illius desiderio. Quomodo dilexi legem tuam , Domine ! totâ die meditatio mea est.*

## MEDITATIO XXVI.

Circa quinque sensus exteriores.

## PUNCTUM I.

Quomodo circa eos peccaverim. 1. *Visu* : oblectando me , sine discrimine , quorumvis aspectu , vanitatis , aut curiositatis , aut etiam sensualitatis causâ ; nec cavendo noxia. In modo etiam : sublimes aut vagos oculos circumferendo , in quibus maximè enitet modestia. 2. *Auditu* : patulas præbendo aures quibusvis sermonibus otiosis , vanis , scurrilibus , et nominatim detractoriis ; contra verò , aversando pios sermones , monitaque salutaria.

De *odoratu , gustu et tactu* dictum est circa peccata gulae , et luxuriæ , sicut et de peccatis linguæ , in præcedentibus ; quæ varia sunt , in Deum aut proximum. *Lingua* enim , teste Jacobo , *est universitas iniquitatis ; et ignis inflammans rotam civitatis nostræ , hoc est universam vitæ propriæ periodum. Sed et ex circumstantiis peccatur linguâ , cum verba à conditione statûs abhorrent , vel loco , aut tempore indedito , vel contra peculiarem regulam silentii religiosi. Huc spectare possunt motus corporis , gestusque immodesti ; nam , teste Sapiente : Amictus corporis et risus dentium , et ingressus hominis , enuntiant de illo.*

## PUNCTUM II.

- Damna. Damna ex incustodiâ sensuum. Nam , ut ait propheta : *Ascendit mors per fenestras nostras ; et : Oculis meus deprædatus est animam meam.* Sic Eva decepta , Dina oppressa , David expugnatus : et est anima.
- Jerem. 9. 21. Thren. 3. 51. Prov. 25. 28.* Sicut urbs patens absque murorum ambitu , quæ facillè capitur. Deinde per sensus invadunt animam mille rerum phantasmata , quæ passiones appetitûs commovent ; et quando non aliud , certè confundunt interiorem hominem , ut colligere se nequeat ; et tandem exire foràs , et evagari ipsum etiam cogunt.
- Agg. 1. 10.* Propter hoc prohibiti sunt cæli ne darent rorem , et terra prohibita est ne daret germen suum. Privatur talis anima cælesti influxu , redditurque infœcunda et sterilis.
- Num. 19. 15.* Aptè huic convenit illud : *Vas quod non habuerit operculum , nec ligaturam desuper , immundum erit.*
- Eccli. 28. 28.* Ergo audi consilium bonum : *Sepi aures tuas spinis , et linguam nequam noli audire , et ori tuo facito ostia , et seras auribus tuis ; et attende , ne fortè labaris in linguâ , et cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi , et sit casus tuus insanabilis in mortem.*

## PUNCTUM III.

Mortificatio sensuum bona. Bona ex sensuum custodiâ provenientia. 1. Dum occluduntur sensus vanitatibus , aperiuntur Deo , cui placet valdè mortificatio illorum ; fit enim anima hortus conclusus in quo libenter diversatur Sponsus ;

## Circa intern. anim. potent. 113

impletur Christi monitum : *Cùm oraveris , intra in cubiculum tuum , et , clauso ostio , ora Patrem tuum in abscondito.* 2. Qui sensibus rectè utitur , et ex Dei voluntate , vicissim per eos haurit , quo juvetur in spiritu , et in Deum attollatur. Porrò , sicut fons de eodem foramine non emanat dulcem et amaram aquam , ita non convenit ut quibus sensibus benedicimus Deum , iisdem abutamur ad illius offensam. 3. Modestia sensuum et exteriorum motuum ædificat mirum in modum intuentes , et ad videndum propiùs quod intus est , allicit : *Modestia vestra* , inquit Paulus , *nota sit omnibus hominibus ;* quippe ad exemplum conferens plurimùm. Motivum autem addit : *Dominus enim propè est :* Sic vos gerite , ut qui in Dei præsentia versamini. 4. Propria cuique sensui reddetur merces post resurrectionem , tantò delectabilior præsentis jucunditate , ut operæ pretium sit modò sensus mortificare , ut illic satientur.

## MEDITATIO XXVII.

## Circa internas animæ potentias.

## PUNCTUM I.

PECCATA ex parte intellectûs. 1. Ignorantia eorum quæ sunt creditu necessaria , vel quæ agi debent , cum universè ab omnibus , tum ab unoquoque speciatim , pro statu suo et officio. 2. Inconsideratio in agendo ; non satis pensando quid licitum , aut illi-

citum sit. 3. *Temeritas* in judicando proximum; in quo sum injurius Deo, cujus partem mihi assumo, de occultis censendo; deinde etiam proximo, quem inconsultè damno. Quin mihi ipse noceo, quia permittit Deus nos labi in eâ de quibus temerè alios judicamus. 4. *Instabilitas* judicii; quâ fit, ut bona proposita facillè mutem, et quibusvis apparentibus suggestionibus carnis, aut dæmonis, facillè abducar; et prout phantasia est vaga, ita etiam mens quòvis feratur. 5. *Pertinacia* proprii judicii, flecti nescia. Hinc inobedienciæ, rebelliones, contentiones, elu-

siones, errores: *Præcipitabit me*, inquit Job, *consilium meum*. 6. *Prudentia* carnis, quâ perspicaces sumus ad pervidenda quæ carnalibus mundanisque desideriis serviunt: unde fraudes et doli excogitantur, adhibenturque passim. Huic vitio adnexæ sunt stultitia, ineptitudo, et tarditas circa divina. Quàm enim sunt perspicaces ad terrena, tam sunt hebetes ad cælestia: *Animalis enim homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei; stultitia enim est illi, et non potest ea intelligere*; et: *Quæcumque ignorant, blasphemant*.

7. *Curiositas* sciendi quæ non expediunt, aut quæ supra captum, aut inutilia, et à statu meo aliena, aut nimio cum affectu, aut ob finem vanum, vel etiam malum, aut per media illicita: quæ omnia prohibentur illâ sententiâ: *Non plûs sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem*.

Jam cum mens debeat esse lux actionum: *Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum*

erit; et: *Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foram cadunt*. Idcirco petam à Spiritu sancto dona ejus septem adversus hæc totidem vitia, ut fiat intellectus meus sicut argentum, *purgatum terræ, purgatum* Ps. 21. 7. *septuplum*.

## PUNCTUM II.

Peccata propriæ voluntatis. Vocatur *propria*; et hoc ipso prava, quia cum fuerit à Deo creata, ut divinæ voluntati subjaceat, ita homo sibi facit propriam, ut, nullo respectu vel Dei ipsius, feratur in res quaslibet, eò tantum, quòd sibi placent.

Hinc oriuntur peccata omnia; quæ ad tria capita possunt revocari. 1. Est *inobediencia* legum omnium contemptrix, tum divinarum, tum humanarum; et religiosi statûs in primis ruina, qui totus in propriæ voluntatis abnegatione consistit. 2. *Intentio prava*, quâ etiam bonæ actiones, et alioqui Deo placituræ, redduntur vitiosæ: *Ecce in die jejunii vestri invenitur voluntas vestra*. 3. Quærere tantum quæ sua sunt; undè usurpat sibi quævis, nullo respectu justî vel injusti. Rectè igitur Bernardus dicit: *Cesset propria voluntas, et non erit infernus*. Imò ipsamet in hac vitâ est sibi infernus: nam quæcumque nos affligunt, eò cruciant, quia voluntati repugnant nostræ. Fiant igitur voluntaria per electionem, et jam non infernus nobis erunt, sed ignis purgans peccata. Itaque Dominum meum imitabor dicentem: *Non quero voluntatem meam, sed ejus qui misit me*; et iterum: *Non*



*mea voluntas, sed tua fiat.* Proinde, non quæram amplius quæ mea sunt, sed quæ Jesu Christi, et proximorum.

## PUNCTUM III.

Imaginatio. De potentiis internis materialibus una est *phantasia*, quæ est instar cujusdam aulæ, infinitis rerum omnis generis imaginibus refertæ, quarum contemplatione sese oblectat ipsa phantasia, modò in has, modò in illas intenta; et trahit secum intellectum rationalem, ut iisdem intendat: ex quo peccata plurima omnis generis proveniunt.

Appetitus sensitivus. Altera potentia est *appetitus sensitivus*, quasi mare fluctibus vehementibus exagitatum; quia non aliud sunt passiones amoris, odii, desiderii, fugæ, iræ, quàm fluctus turbulentissimi. Ista sunt instrumenta, quibus dæmon utitur ad nos pertrahendum in peccata: ista bella movent spiritui; nam, *quod odi malum, illud facio.* Quin ipsæmet passiones inter se pugnant animam trahunt. Sæpè enim in aliud voluptas, in aliud ei contrarium ambitio trahit. *Infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis hujus?*  
Rom. 7. 15. *O Custos hominum, quare posuisti me contrariam tibi, et factus sum mihi met ipsi gravis?*

## MEDITATIO XXVIII.

## De quotidiano Examine conscientiæ.

COMMENDATUR à SS. Patribus hoc exercitium. Nam tenemur duplici debito erga Deum: altero gratiarum, ob beneficia quotidie accepta; altero respicientiæ à culpis quotidianis, quibus Deum offendimus. Et convenit à gratis ordiri, ut priùs reddamus Deo honorem, tum faciliùs veniam impetremus.

## PUNCTUM I.

Commemoratio beneficiorum, tum communium, tum peculiarium, et illius diei nominatim, cum humiliter gratiarum actione, consideratâ simul excellentiâ donantis et profuso amore; ex parte verò accipientis, propriâ indignitate. Igitur gratias agam, quia me creavit, redemit suo sanguine, vocavit ad fidem et gratiam, sibi que me incorporare dignatus est: tum quia alit, vestit, conservat, tueturque ab innumeris periculis corporis, multò autem magis quòd ab animæ, et eam quotidianis inspirationibus ad bonum exsuscitat. Provocabo angelos et sanctos ad laudandum Deum, gratiasque agendum.

## PUNCTUM II.

Petitio gratiæ, ad cognoscenda et deslenda peccata: quæ tripliciter est necessaria. 1. Ut memoria juyetur ad reminiscendum. 2. Ut illustretur mens ad

